punctōem visio pene ifernal̄. Tercio ꝯditio penā gehenne ag/
grauās est etnitas. vn̄ sap. iiij. Illos. videl3 pctōres deridebit
⁊ erūt post hoc decidētes sine hōre inter mortuos in ꝑpetuū.
Et Mat. xxv. Ibūt hi in suppliciū eternū. Item Judith. xvi
Dabit dn̄s ignē. ⁊ v̄mē in carnē eoꝝ ⁊ vrant̄ ⁊ viuāt. ⁊ senci/
āt vsq̄ in sempitern̄. Itē dr̄ ysa. vltio. Vermis eoꝝ nō exting
uet̄ vn̄ dr̄ dn̄s deutro. xxxij. Ignis succensus ē in furore meo ⁊
ardebit vsq̄ ad inferni nouissiā h̄ est in ꝑpetuū sine fine. Item
ysa. xxx. Q̄s de vobis poterit habitare cū igne deuorante
aut q̄s habitabit ex vobis cum ardorib⁹ sempitnis. Et eiusdē.
xxxiiij. ⁊ terrā in pice ardentē nocte ac die nō extinguet̄ in sem
pitnū. Ascēdet fum⁹ ei⁹ a ꝑnatōe ⁊ in ꝑnatōem desolabit̄ ī scl̄a
scl̄oꝝ. vn̄ Apo. xx. diabol⁹ missus ē in stagnū ignis ⁊ sulphuris
vbi ⁊ bestia ⁊ pseudo cruciabunt̄ nocte ac die in scl̄a scl̄oꝝ. Et
q̄ non est inuentus in li. vite. scriptus missus est in stagnū ig/
nis ibi erit vmbra mortis. ⁊ null⁹ ordo. s3 sempitern⁹ horror in
habitat. vt habet̄ Job x. vn̄ Gre. in morali. sic dicit. Horrēdo
mō tūc erit miseris dolor cū fortitudine. flāma cū obscuritate
⁊ mors sine morte. finis sine fine. defectū. Quia ⁊ mors sp̄ vi/
uit ⁊ finis semꝑ incipit ⁊ defectus deficere nescit. vn̄ poeta refert
Nō venit ad metas mortis miserabil̄ etas. Nescit finiri sp̄q̄
videt̄ oriri. Sp̄ vexādo sp̄ gemit⁹ renouādo. Hic petr⁹ blesen̄
in q̄dā epl̄a sic ait. Ibi nō est suppliciorū nec intmissio siue finis
Nā ibi finis sp̄ incipiet. mors nō morit̄. nec defectus deficiet.
vt dānati hoīs ꝯditio sp̄ in doloris materia ⁊ mortis eterne pa
bulum. miserabiliter recidiuet. Quare dicitur in ps̄. Sicut o/
ues in inferno positi sunt. mors depascet eos. Et si morte pas
cuntur ipsi q̄d potabūt illi si mors est pastus q̄lis erit pot⁹. Au/
di ꝓphetā. Vua eoꝝ vua fellis ⁊ botrus amarissim⁹ fel draco/
nū vinū eoꝝ venenū aspidū insanabile. Ita scribit̄ Deu. xxxij
O q̄le pctōꝝ nutrimentū videl3 mortis ꝑpetue tam crudele
suppliciū viuentis ꝓ̄c mortisq̄ vite sunt mortui. Hinc ē q̄d Ber

naro⁹ dt in libro qnto ↄsideratõe ad Eugeniū papam Horreo
inuenem mordacē ꝛ morsē viuacē. horreo incide in manus mor
tis viuentis ꝛ vite morientis. vñ Grego. Morte īmortali mo
rient ipsi O de⁹ eterne qre me posuisti ↄtrarium tibi. ꝛ factus
sū mihimetipsi grauis Cur nō tollis pctm̄ meū. vt hoc ꝑpetu
um possim euadere tormentū O q̄z felix ꝛ btūs q̄ pctōꝝ sordi
bus nequaq̄z fuerit īfectus. qui post mūdi gaudia nō abijt nec
in vanitates ꝛ insanias falsas respexit Nos āt miseri errauim⁹
a via veritatis ꝛ. iusticie lumen non illuxit nobis. lassati su
mus in via iniquitatis ꝛ pditōis. ꝛ ambulauimus vias diffici
les vias graues ꝛ inutiles. ꝑ viā āt dñi noluim⁹ ābulare Vlu
re sicut dr̄ Ysa. xlix Innaciuū laborauim⁹ sine cā. ꝛ vane fortitu
dinē nrām ↄsumpsimus Quid em̄ nobis profuit supbia. quid
diuitiaꝝ pompe ꝛ iactantia q̄d preciosa corpis indumenta. q̄d
comessatões ꝛ crapule. q̄d risus ꝛ leticie Quid hec oīa nobis ꝑ
fuerūt. in q̄bus vane ꝛ inutilit̄ imo poti⁹ dānabiliter tps nrm̄
expēdim⁹ Proch dolor sine fructu trāsierūt hec. oīa tanq̄z fu
m⁹ seu aura matura. trāsijt q̄d tpale fuit sz heu remāsit q̄d in e
ternū cruciabit Tūc dicet dñs de q̄libet dānato illō Job. xx
Juxta multitudinē adinuentionū suaꝝ sic ꝛ sustinebit Et il
lud apoca. xviij Quātū glificauit se ꝛ in delicijs fuit tm̄ date
illi tormentū ꝛ luctū q̄b⁹ ētnalit̄ sine fine torqueat O q̄zta est
hōis demētia ꝑ delicijs aut diuitijs seu ꝑ aliq̄ re trena huiōi ꝑ
petua corpis ꝛ aie subire tormēta Vñ crisost. in li. de reparatiōe
lapsi sic inq̄t Dic q̄zta tpa luxurie q̄ deliciaꝝ spacia cōpari vis
penis sempitnis Centū si placet ānos delicijs dem⁹ adde ꝛ ali
os centū adde ꝛ decies centū. q̄ erit ex his ad ētnitatē cōpensa
tio Nōne oē tps vite hui⁹ q̄ delicijs frui videmur ꝛ indulgere
libidini q̄si noctis vni⁹ sompni ad ētnitatis cōparatōem videt est
igr̄ aliq̄s q̄ vt vna nocte delectabile videat sompniū ētnas elegat
subire penas. ꝛ illud ꝑ his recipe. vel ꝑ illis istud commutare
Quid dicem⁹ ad repositas penas. quid dicem⁹ ad hoc q̄ delicie
velut vmbra transeunt. pene xō eternaliter ꝑmanent etiam si
equale tps ꝛ idem spacium delicijs esset positū ꝛ penis esset ne
aliquis ita stultus ꝛ demens eligeret pro vna die deliciarum
vnū diem subire penarum cum soleat dolor vnius hore ꝛ q̄li/

bet corpis cruciat⁹ in obliuionē mittē añ p̄teritū tp̄s in volu
ptate trāsactū Hec oīa Crisos vbi sup̄. O eternū nunq̄ʒ finē
habituꝝ corpis ꝛ aīe tā grādes supplicii O mortis ꝑpetue in
uiabile tormentū Quid em̄ referā de te nescio Nō em̄ pote/
ris ṽbis exprimi. nec itellcū ↄcipi. nec corde ↄp̄hendi Posito
em̄ q̄ eēt vn⁹ lapis de arena coagulat⁹ ꝛ ↄpact⁹ tāte q̄ntitatꝭ
sicut infra ↄcauitatē octaue spe possꝫ ↄtineri. ꝛ q̄ p⁹ millesies
mille ānos p̄ diuinā potentiā vna arenula tolleret Et deinde
post millesies mille annos adhuc vna. ꝛ sic ↄseq̄nter donec to/
tus lapis in nihilū redigeret nunq̄d ↄsumpto lapide eternitas
p̄dicta erit reuoluta. sic q̄ dānatoꝝ aīe tūc a penis liberabūt
Rn̄deo tibi ꝛ dico q̄ ꝑpetuitas illa vix tūc erit īchoata. Nā
finiti ad infinitū nulla ē ꝓportio. vt dī phūs. viij. phisicorum
Si ei h̄ ↄgnoscerēt ꝛ p̄scirēt pctōres ↄdēnati q̄ dcō lapide cō
sumpto ab ill' intolerabilibus q̄s sustinēt īferni cruciatib⁹ debe
rēt eripi ꝛ totalit̄ liberari. miserabilit̄ sup h̄ redēptōis die de/
berēt sperare. imo q̄dāmō sp̄ādo ↄgaudere. ex q̄ sciret finē suoꝝ
cōuinctoꝝ p⁹ innūerabiles. imo p⁹ incōp̄hēsibiles ꝛ infini/
tos fore ānos q̄uis tardissiē aduentuꝝ. Illa em̄ ē maxia oīm
penaꝝ desolatio ꝛ carēcia oīs spei nunq̄ʒ a penis redimi siue li
berari Nā sicut dī Isa. xxiiij. Pctōr desolabit' in scl'a sclorum
vn̄ dī Trenoꝝ. iij. Perijt finis me⁹ ꝛ spes mea a deo Itē q̄/
rit pctōr Hie. xv. Quare fact⁹ ē dolor me⁹ ꝑpetu⁹ ꝛ plaga mea
desꝑabil' Sup q̄ Prouer. xi. Sapiēs sic rn̄det Mortuo ho/
mie impio nulla erit spes vltra Intelligite hec q̄ obliuiscimini
deū ne īfern⁹ aliq̄n vos rapiat ꝛ nō sit q̄ eripiat Ecce iā plane
video q̄ i inferno nulla ē redēptio pctōris: Charissiē intelli/
gis tu ṽbū. lapis ↄsiliū de lapide sup⁹ tibi dcm̄ dic. mihi q̄d de
illo sentis. q̄d iudicas. q̄d diffinis. puto veracit' q̄ rō̄ nō p̄t p̄ris/
sentire q̄n imo vt dī sic in rei ṽitate Cogita ergo varias traꝝ
p̄uicias ꝛ imagiāre regiōes singulas: ꝑpēde fluuios ꝛ maria
mūdū mēte circui ꝛ totū ꝑambula Ascēde vsq̄ʒ ad celū ꝛ oīa
sic trāsuola Itēꝝ descēdit ei abissum p̄fūditate cōsidera. Ex q̄
h⁹ oīb⁹ q̄ celi ābitu cōtinent' cōpone lapidē. ꝛ imagiāre magni
tudis ei⁹ q̄ntitatē. q̄ cordialit' intell cā Dic mihi carissiē q̄d sen
tis tūc de lapide imo poti⁹ q̄d sapis de ꝑpetuis. q̄d de infini/

tis pctōꝝ penis ⁊ morte Estimo ꝙ taliter rñdebis Vere ve
re loq̇ nescio Audiui ⁊ ꝯturbatꝰ est vēter meꝰ a voce cōtremu
erūt labia mea grandē rem intelligo ⁊ ꝟitatē ꝓpositam video.
Vñ amirari nō sufficio. sȝ pauore nimio mente ꝯtremisco. nā
certissime timor ⁊ tremor venerūt sup̱ me multiplicis horro/
ris ⁊ ꝯtexerūt me tñbre Quis em̄ nō metueret. qs nō expauesce
ceret: qs anxietate cordis penitꝰ nō deficeret. q̇ mētenꝰ huc la/
pidē diligenť ruminaret ifinitas pctōꝝ penas memorie reuol/
uendo Pone ergo cū velut signaculū sup̱ cor tuū. Valde em̄
vtile est ⁊ ꝓficuū tibi huiōi lapidis nunq̄ obliuisci. q̄tenꝰ si di/
uinꝰ amor te nō corripit ⁊ reuocat a malicia huiuscemōi specu/
lū pene inēmiabiľ saltē te cohibeat aliq̄ñ a pctis O graue sup
pliciū miserabile q̄ȝ fugiendū O stigis exitium lachrymabile
q̄nā metuendum vbi ds stige torquet ip̄ nunq̄ moritur Sem
per plecteť ⁊ nunq̄ finis habeť ex p̄dcis clare ptȝ ꝙ penaꝝ in/
crementū p̱ infinita scl'aꝛ nunq̄ finieť Huiōi ꝯsideratio eternita
tis pene iternalis ꝯuertit fulconē marsiliensem q̇ cū esset excel
lēs ioculator ⁊ vanitatibꝰ mūdi deditꝰ vna dieꝝ cepit cogita/
re de eternitate gehenalis pene ⁊ dixit in corde suo Si tibi pro
poneret iacere in lecto molli ⁊ bñ strato. ita ꝙ nulla neccitate co
gente inde recederes hoc nō posses sustinere in ethnū iacere i ta/
li lecto delicato. quō ergo poteris sustinere sempitnā inferna/
lē penā. si ꝯtingat te in ꝑpetuū fore passuꝝ Hac ꝟo ꝯsideratōe
ꝑterritus reliq̇t oīa ⁊ fcūs est monachꝰ postea ep̄s tholosanꝰ
⁊ vir eximie scitatis Itē cōsideratio ꝑpetuitatis pene inferna
lis cōfortat hoīem ⁊ inducit ad pugnandum contra diabolum
Quis em̄ cōsiderans ꝙ si deuictus fuerit ab eodeȝ duceret ad
tormentū sempiternū nō viriliter pugnet ne vincať vnde nar
rat egesippus de cladibꝰ iudeoꝝ ꝙ cū qdā de socijs alexandri q̇
p̄erat magno exercitui vident ꝯtra eū innūerabilē exercitū ad
bellādū ꝑpatū ⁊ sui cibū sumerēt ⁊ ad ꝯfortatōem vinū ipe in
quodā solatio q̄si iocūdo eis dixit Prādemꝰ nūc o viri strenui
nā apud iferos simꝰ cenaturi Quo ꝟbo sunt om̄es aiati ad fu
giendū illā cenā ꝙ tam vtiliter pugnauerūt. sic ꝙ de cūctȝ ho/
stibꝰ suis honorifice triūphaurunt Itē a delectationibꝰ mūdi re
trahiť ⁊ auelliť. vñ legiť in vitaspatꝝ quendā senē dixisse Mu

trix cū vult puer ablectare. ꝛ a dulcedine lactis abducere ad
mamillā ponit sinapiū vel quodcūq aliud amarū qđ puer lactens
gustans ꝛ percipiens statim retrahit a dulcedine lactis Et sic tu
iūge amaritudinē inferni: delectationib⁹ hui⁹ mundi. ꝛ procul du
bio retraheris ab eisdē. vñ Job. v. Nunquid gustare pt quis quod
gustatū affert mortē amarissimā hoc est penā sempiternā Jō.
dt prosper p̄n̄ti vita Delicie t̄pales dulces sunt. ꝛ tribulationes
amare Sȝ qs libenter bibit tribulatiōis poculū metuens ig
nem ppetuū gehenne Aut qs nō cōtemnit dulcedinē seculi ma
bians bonis sempiterne vite. vñ legit in legenda btī ioānis e
uāgeliste. q qdā dites ad p̄dicatōem ei⁹ cōuersi oia reliqrūt pos
tea videtes suos suos in gl'a mūdi cōstitutos penituit eos sua
bona reliqsse. qđ btūs iōes p spm itelligēs. virgulas i aurū. ꝛ sili
ces in gēmas orādo cōmutauit. sicq eis oia restituit derelicta:
Postmodū qdā iuuenis a btō ioāne resuscitatus narrauit eis
de gl'a q amiserūt ꝛ de penis infernalib⁹ q eos expectauerunt.
Quibus intellectis plurimi territi ꝛ aīo cōsternati oia cōtēnen
tes ad paupertatē pristinā reuersi sunt. ac mūdū cū suis delicijs
penit⁹ reliqrunt: Itē accidiā pfugat ꝛ repellit. vñ legit in vi
tis patrū q qdā frater dixit seni Pater nimiū accidior sic cōti
nuo sedēdo in baccella Senex rñdit Nōdū vidisti futura tor
menta ppetuo duratura. Nā si illa in corde tuo posuisses q si
cella tua vsq ad collū esset vermibus repleta sustineres patien
ter ꝛ nō accidiareris. ꝛ ergo cū oporteat petōrē. aut eternā aut
purgatorij acerbissimā sustinere penā. vel in p̄n̄ti cōdignā age
re pniam qs nō peligerit hic sustinere pniam ꝛ pati poti⁹ q i
bi. nisi oino fuerit mente alienat⁹ vñ Isido. in sinodo itende a
nimo dolores qscūq tormentorū scl'i qscūq penas qscūq do
lorū acerbitates. cōpa hoc totū gehēne ꝛ leue erit oē qđ pateris.
Itē ber. in epl'a vigilias ieiūa ꝛ ienua. manūūq labores. leo hec
leuia sunt flāmas ppetuas meditāti Recordatio tenebrarū facit
nō horrere solitudinē. Si futurā de verbis cogitas discussionē
nō displicebit silentiū flet⁹ ille ꝛ stridor dentiū faciles tibi red
dit ꝛ culcitrā ꝛ mattā Itē aug⁹ in s̄mone Vens humana mū
di hui⁹ illecebris ꝛ cōcupiscētijs deuicta fugit laborem expetit
voluptatem Et vix ad hec deducitur vt se a prioris vite con

suetudine excludas Sz cũ incipit cogitare iudiciũ necẽtatẽ ac penarum eternaliũ crudelitatez voluntariũ bellũ inducit passionib⁹ motu vel spe pmij vel timore supplicij vim facit pristinis desiderijs. et violẽter ipa seipam vincere ptendit Jõ di Abacuc iij. Ingrediat putredo in ossib⁹ meis. vt subter me scateat tps videlz pñtis vite. et postea requiescã in die tribulatõis Ecce q̃ fructuosa et salubris est meditatio pene ifernalis Quare scribit in ps Cõuertant pctõres in infernũ hoc ẽ p meditatões illuc se trasferant viuentes. ne postmodũ illuc descẽdant ppetue morientes Et ergo di bñ Daniel iij. Btũs q intueris abyssos videlz p ptinuã et iugem memoriã eterne ptemplatõis tormenta ifernalia cordialr intuẽdo Patet ḡ sufficienẽ p pdicta q multiplex est et varia ifernal pena et q̃ vtilis et pficua ẽ ipi⁹ memoria Et ḡ. erit hõ vere qui cũ bona possit habere Sponte subit penas infernalesq catbenas Ignibus arsurus ex his nunq̃ rediturus

Et init Tercium nouissimorum

Sequuntur exempla de penis inferni

Ex horologio eterne sapientie de penis inferni

Factũ est aũt post hec et ecce discipul⁹ cepit cogitare dies antiquos et annos eṫnos in mente hẽr Qñq cum pfunde se colligeret et asensibilib⁹ put potuit intellectũ abtraxisset appparauit in visione fidei oculis a lõge quasi qdã regio vmbrosa ignota et multũ terribilis Cũq tremefactus quid nã hoc esset inqreret. rñsum est ei Regio hec vt vides distincta loc⁹ est penarum futurarum que diuerse aie post egressum a corpe p diuersitate culparum in penã sortiunt quedã ad ipam purgatõem quedam vo ad eternã dãnatõem et put sibi ea tũc demonstrata fuerint Hec autem et his similia tam horrenda et inmania fuerint tormentorum gña vt nulla sufficeret hec lingua narrare. aut nullus sensus mortaliũ posset ea plene estimare Cũ autẽ ad se redisset et quasi de alio mundo vt sibi videbat ex motiua visionis pñtia venisset nimio terrore velut hõ semiuiuus aliq̃ diu iacens in seipso contabuit Quedam autem ex his solum fidei com

munibus oculis ꝯspexit Respexit igit̄ ⁊ ecce de p̄dictis locis fetor intolerabilis exoriebat̄. mallei resonātes audiebant̄ tene bre ꝓfundissīe denſabant̄ ⁊ videbant̄ ibi facies demonū horri/ biles Ibi erat plāctus. ⁊ gemit⁹. alt̄nantia mala impios sine pietate discerpebāt ab aq̄s niuiū trāsibāt ad calorem nimium Considerabat inter hec eq̄tatē ⁊ magnitudinē iudicioꝝ dei ⁊ inter cordis ſe ꝑ mentis angustias ac ſudoris guttas q̄ ipm ex horrore visionis penetrauerāt aduertebat q̄m ꝑ q̄ peccauerat q̄s ꝑ hec ⁊ torq̄bat̄. vñ ⁊ illi q̄ in vita sua insensate ⁊ iniuste vixe erāt. ꝑ hec q̄ coluerūt tormenta recipiebāt Raptores namq̄ ⁊ ꝑdones ac eoꝝ cōplices. ⁊ hi q̄ paupes ⁊ amicos dei dum ad huc viuerent spoliauerūt vel ꝑ exactōes indebite inflixerūt. ad patibula q̄dā infernalia. sup̄ humanā estimatōem penalia rap ti violēter suspendebant̄ ⁊ ibidē torq̄bant̄. nec tñ moriebātur sʒ mō indicibili cruciabant̄ Nō nulli etiam q̄ sub habitu agnino mentē occultauerāt leoninā q̄ velut canes rapidi ſuos dei per obprobria ⁊ maledicta aut verba turbatiua molestauerāt. et ꝯferens suos iniqua ꝑsecutōe leſerāt ibidē a canib⁹ infernalib⁹ amarissimis morsib⁹ corrodebant̄ Item supbi sepultura asini ī īferno despectiue sepeliebant̄. ⁊ tanq̄ cadauera putrida igni ea ꝓiecti obprobrio sempiterno q̄d nunq̄ delebit̄ adijciebant̄. Et ꝑ gl̄e tpali ⁊ mētis elatōe q̄ ceteros inflati p̄ire ambiebāt tāta penaꝝ mole ac pōdere p̄mebant̄ q̄ztū q̄s prenu possit qui maximā turriʒ sup̄ se habēt Bibuli vo ⁊ crapulosi. ⁊ q̄ ventri suo seruiāt. velut lupi famelici fame incredibili ac siti itollera/ bili affligebant̄. cupiētes guttā minimā aque frigide ꝓ refrige rio lingue sue flāmaꝝ incendio adusta recipe ⁊ nemo ill̄ dabat Sʒ demōes teterrimi cū situlis ardentib⁹ iuxta eos stabāt. et potū q̄ndā sulphuriū plūbo liq̄facto sil̄em nimio calore estuā tē ꝑ os eoꝝ in ventrē ꝑfusuʒ fortit̄ infundebāt Luxuriosi q̄q̄ ⁊ q̄ in delicijs carnē suā enutriuerāt ⁊ in obstinatōe sua ꝑdura uerant a serpentib⁹ deuorabant̄ ⁊ a bufonibus ignitis aculeis vsq̄ ad viscera torquebant̄. Qui carnali ac terreno amori de/ diti fuerāt vtriusq̄ sexus. terrā infernalē p̄ dolore mordebant q̄m eos demōes nimiū affligebāt. nā spicula ignea hñtes ⁊ cl/ tu vebant̄ citissiō eos īseq̄ntes vulnerib⁹ eos seuissimis repleue

ris affatim instructi iter se multū amici Hij pactū inierūt inter se vt vter eoꝝ prior moreret. alij vigilāti vel dormienti apparere infra triginta dies Data acceptaq; corpali fide nō mltū post vn⁹ abijt. z tricesima die alteri vigilanti astitit. nescio qd opis molliēti z vultu exangui z pallido ad eū ait Agnoscis ne me Agnosco ille ait z miror q tā diu morat⁹ fuerꝭ. Ille pri⁹ morā excusans tandē ait Et aductus me⁹ si volueris tibi fiet comodus mihi oino ifructuosus Nā sempitnis damnatus sum supplicijs Ego ait alter iuuabo te precibus. ieiunijs. z elemosinis multis At ille rñdit. Sine pnia sunt iudicia dei in inferno Dū rotat astra polus dū pulsat littora pontus pro criminibus meis puniar. si totus mūd⁹ mihi remedia exquireret eterna tñ z innūera penaꝝ gña patiar Et vt aliquā ex meis irreuocabilib⁹ penis cognoscas. eti vna Protenditq; manū laniosa vlcere istillantē Uideꝭ ne ait tibi leuis Cū ille leuem libi referret videri ipse mortuus curuatis in volam digitis tres guttas defluentis tabi sup eū iaculatus est quaꝝ due tpa vna z frontē ꝯtingetes cutem sicut ignito iaculo penetrauerūt foramen nucis capax efficientes. illo magnā penā esse doloris ꝑtestante clamore Hoc inquit mortuus erit tibi q̄diu vixeris z penaꝝ meaꝝ graue documentū z nisi neglexeris salutis tue singulare momentū. Uade ergo dū licet muta habitū suum z animū. z esto monachus redonis apud scm̄ Melanū Cumq; viuus ad hoc rñdere nollet. mortuus eū oculi vigore ꝯstringens Si dubitas inqt ꝯuerti miser lege lrās istas Et hoc dicens manū ꝓtēdit terris notis inscriptā: qb⁹ sathanas z oē satellitiū infernoꝝ omi eccl'iastico cetui grās de tartaro emittebāt Qd cū ipi in nullo suis voluptatib⁹ deessent. tantū numerū subditaꝝ aiaꝝ paterent ad inferna descendere ꝑdicationis in curiā q̄tū nunq̄ viderant retroacta secula. His dcis loquntis aspectus dispuit Audiens hec oia vendēs z dās paupib⁹ scm̄ melanū adijt. z monach⁹ ibi fcūs optime ꝯuersat⁹ est

Infernalis ignis q̄ acerbus sit et de moltero cui apuit diabolus.

In villa q̄ in territorio Bunnensi est sita miles q̄dā z no/

bilis ⁊ deuotus walterus noie habitans erat tam dñe nrē q̄
ordini satis obseqosus Hic cum tpe quodā grauiter infirma/
ret solusq̄z iaceret. diabol⁹ illi ad pedes lectuli visibiliter ap/
paruit Erat āt sicut ipe nobis retulit facies ei⁹ adinstar linee
deposita cornua hñs capurra. In cui⁹ aspectu cū terreret po/
stea ↄfortatus ait Quis vel qd es. vnde venis vel qd queris
Rñdit monstrū Diabolus sum aīam tuā tollere veni dicēte
milite Recede leccator aiam meā nō tolles christo me ↄmen/
do Subiunxit ille. waltere si mihi cōsenseris homagiuq̄z fe/
ceris non solū incolumitati te restituā. quinetiaz super oēm
tuā ꝓgeniez te ditabo. Rñdit miles Satis habeo de diuitijs
tuis fallacibus non curo. Unde ergo tibi thezauri Infra ter
minos inquit curie tue infiniti occulātur Cū quo cum miles
iam loqui delectaret ait. Dic mihi vbi est aīa dñi mei wilhel/
mi comitis Juliacensis nuꝑ defuncti. Tunc rñdit diabolus
militi ⁊ dixit illi Nosti castra vicina wolckenburch ⁊ machen
velt. Noui inqt. Et ille ꝓfidem meā tibi dico. si ferrea essent
tam castra q̄ eoꝝ montana. ⁊ in illo loco mitterent vbi aīma
wilhelmi ē anteq̄ suꝑcilium supius iferiori iūgi posset liq̄fie/
rēt Quo dicto mox chachinnādo subiūxit Ardor iste balneū
lectū est ei. In futuro qñ corp⁹ suū aīa resumet. tūc primum
penā debitā recapiet Reqsitus de aīa Henrici comitis seynens
Rñdit Certe illā habem⁹ De pena tñ illi⁹ nihil expssit Adie
cit etiā īterogaē illū de pr̄e suo Ad qd rñdit ille Uigiti ānis
⁊ vno illū habuim⁹. s̄z monocula illa ⁊ calu⁹ ille atq̄z pediculo
sus q in solario iacet nob eū abstulerūt Monoculaz vocauit
vxorē ei⁹ ingit q lachrimādo oculū vnū ꝑdiderat Caluū dixit
filiū ei⁹ Theodricū monachū nrm̄ q ad videndū germanuz
eodē tpe aduenerat Introgat⁹ ꝟo de pdicta matrona Rñdit
Nūq̄ ꝑtāti nrē addita ē eo q mulier eēt bona ac scā. Fratrē
āt tuū Lambertū sic cellauim⁹ vt nrm̄ ius euadē nō possit q
añ paucos ānos defunct⁹ ē vir auar⁹ ⁊ pecuniosus. Dicēte ite
rū milite Dic mihi de q loco venisti nūc ad me Rñdit demon
Ego ⁊ socij mei erāmus in exequijs cuiusdā abbatisse nigri or
dinis egressum aīe ei⁹ pstolantes Tunc miles qt eratis ibi
Rñdit demon Nosti nem⁹ i Cottinforst. O prince inqt no/

runt Sz et socios in culpa socios habuerūt et in pena. Supra modū ac cupidi et auari ac questuarij male torquebant. nam in fouets metallis bulietibus plenis balneabant et exilire cupiētes absq mia reimpugebant Judiciū durissimū his q̄ preerāt fiebat fortioribus instabat cruciatio et potentes ibi tormenta patiebant potent. O q̄s dicē q̄at q̄tū ibi iudices. ipij rectores iiqui clerici turpis. lucri. cupidi monachi la/ciui. laici violenti mulieres pcaces. saltatrices et ambiciose. et diuerse quiq falsi xpiani penas varias habuere Heu q̄ miserabiles rugitus et clamores dabāt lamentabiles. ita vt sola visiōis hui9 afflictio oēm penā mūdi quodāmō excedere videret Nā et multitudo virorum infernaliū et andaces leones et omni gn̄is aialia ira plena ignoteq bestie vaporē igneū spirātes odorē fumi pferentes et horrendas scintillas ab oculis emittentes morsu amarissiō eos dilaniauerūt Tandē multi ex his in puteū abyssi. de quo fumus horribilis et fetor intolerabilis exibat piiciebantur ascpectus eorū velut ferrū cādens in modū fauilla pexardebant et a demonib9 reimpugebant cōmanducātes linguas suas p̄ dolore. et blasphemabāt deū celi pre dolorib9 suis et vulnerib9 et nō egerunt pniam ex opibus suis vinculis tn̄brarū et lōge noctis cōpediti: in obscuro ac tn̄broso obliuionis velamēto tenebant Sonit9 descendens pturbabat eos. et psone tristes apparentes pauorē eis incutiebant nec sydera limpide flāme illuminare poterāt noctē illā horrendā: vna em̄ cathena tn̄brarū oēs colligati erāt O is orbis terrarū limpido illuminabat lumine solis. illis aūt supposita erat grauis nox imago tn̄brarū Ipsi aūt sibi erāt grauiores tn̄bris fumus tormentorū ipsorū ascensurus est in secl'a sclorū Post hec vox q̄dā desup q̄si tonitruū audiebat q̄ insultādo et q̄si exprobrando dicebat Ubi nunc sūt hij q̄ ab initio a dieb9 antiqs mundo huic toto seruierunt desiderio. q̄ voluptuose viuentes varijs desiderijs se subdiderūt. Eya quid psunt illis nunc oia que tanq̄ vmbra velociter ptransierūt q̄ breuis delectatio tālongā restē post se trahit eterne miserie O stulti et vecordes. vbi nūc v̄ba illa q̄ cum leticia tanta et cordis tripudio dicere solebatis. venite et fruamur bonis que sunt: vt vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter

Quid iuuant nunc dulcia vniuersa quibus tā celeriter pfruiti estis Si quod nūc a ɔtrario plāgere vobis ɔuenit ⁊ plangēdo exclamare ac dicere Ue ve vobis iā nunc ⁊ ineternū. q2 nati sumus nec vltra mori valem⁹ Ue q2 male torq̄mur nec a tormentis vnq̄ liberabimur O q̄s est q̄ ista recogitet supplicia. ⁊ nrā ad cor ponat tormēta Hec em̄ talia sunt vt q̄cq̄d in mūdo horribile excogitari posset his cōpari nō valeret. o q̄ felix incoinquinat⁹ q̄ p⁹ gaudia hui⁹ mūdi nō abijt. q̄ nō respexit in vanitates ⁊ insanias fīās: nos insensati vitā illoꝝ estimabam⁹ insaniā ⁊ in finē illoꝝ sine honore. quō computati sunt inter filios dei ⁊ inter electos sors illoꝝ est Ergo errauim⁹ a via veritatis ⁊ iusticie lumē nō illuxit nobis: ⁊ sol itelligentie nō est ortus nobis lassati sum⁹ in via iniq̄tatis ⁊ pditōis. ⁊ ambulauim⁹ vias difficiles. viā aūt dn̄i ignorauim⁹ Quid nob̄ pfuit supbia aut qd diuitiaꝝ iactātia ɔtulit nob. trāsierūt oīa illa tanq̄ vmbra trāsijt qd tale fuit ī pcb dolor nūc remāsit q̄d in eternū manebit O eternā nunq̄ finē habituꝝ ppetuū mortis supplicū O finis sine fine mors sine morte mori sp mori. ⁊ tn̄ nō mori posse O mi pr̄ dilecte q̄ me in hūc mundū genuisti O dulcis mr̄ q̄ materis vberib⁹ me lactasti O vos oēs amici mei ⁊ socij dilecti. valete nunc viscera mea. q2 hec est hora illi⁹ sepatōis amarissime q̄ amarior est oī morte. vale tell⁹. valete socij q̄s tā benigno fauore colui en ducimur ad horrendū infernalis suspendi im ad suppliciū trahimur metuendū. nunq̄ vos de cetero cū gaudio visuri O lacbryme icessanter pfluite ocl'i plorate. ⁊ oīa viscera mea vlulate. sup hac ifelicissia sepatōe q̄ ē a summo bono a facie illa gl'osa. ⁊ a ɔsortio āgelico. nec nō illo felicissio electorū nūero ponēdiq̄ sum⁹ ad illā miserā ⁊ maledcām ac crudelē dānatoꝝ turbā sine fine cruciandā O manuū cōplosus sonit⁹ O cordium multoꝝ gemit⁹ intimi. O stridor dentiū ⁊ fremit⁹ spirituū inconsulto O plorat⁹ ⁊ vlulat⁹ mult⁹ O meētū paran sur⁹ clamor sp durabit ⁊ nunq̄ finē habebit. q̄ sp renouabit⁹ et nunq̄ exaudiet. ocl'i nri miseri nunq̄ aliud videbūt nisi miseriam aures nihil aliud audiēt nisi ve ve atq̄ tristiciā O pia corde ist ad iter mirabile ⁊ crudele ac ineternū ve respicite. lugete ⁊ fleta O montes cadite sup nos colles apite nos. quis sustine/

ui. Et ille. Nō sunt tot folia in arboribus q̄t illic fuim⁹ cōgre/
gati. nō est tā grādis silua in puincia nrā Et q̄d obtinuimus
ibi Rn̄dit Heu nihil sc̄ia fuit religiosa. l3 ⁊ Michael archange
lus superueniens cū fuste ferreo sic nos cedit ⁊ cedēdo fugauit
vt dispgēmur quēadmodū puluis q̄ a turbine impellit Req̄/
situs etiā si eēt in obitu dn̄i Gherardi abbatis nri tūc recēter
mortui Rn̄dit Nō est tm̄ harene in littore maris q̄d ibi fui/
mus Sz modicū ibi obtinuim⁹. q2 pediculosi illi more porco/
rū in fimo iacendo grunientes nō sinebāt ꝓpi⁹ nos accedere
Hn̄t pterea domini quandā susurrij capitulū notās in q̄ oīa no/
bis q̄cunq3 relinquunt subtrahunt Et dixit miles Quō sibi tāē
sume ausus fuisti ad obitū viri tā sancti venire ausus inq̄t Ego
pn̄s fui vbi dei fili⁹ expirauit sedens sup brachiū crucis Hoc v̄
bū a demone platū ⁊ a laico recitatū maxie mihi fidē fecit deō
rū eo q̄ in gloria legat sup Thobiā dicente woltero Que fuit
portio vrā in xp̄i morte Rn̄dit Nulla Malo nrō illuc veni/
mus: q2 virtutis morientis turbati ⁊ exagitati detrusi sumus
in infernū Multa alia cū demone quotiens solus erat confere
bat. q̄ postq̄3 conualuit multis recitauit Vis nunc audire q̄/
lis predicti wilhelmi finis fuerit ⁊ pena.

¶ Infirmatus in castro suo Aitbiecken q̄dā contumelia si/
bi illata venit Coloniam Qui cū rediret in via defectum cor/
dis incurrit ⁊ aie Oh nunq̄3 de cetero videbo Coloniā. Qui
in terrā deposito cum medicus eius diceret mortem esse in ia/
nuis subiecit Consulo tibi vt vxorem tuam recipias Respō/
dente illo Non faciā. supplicauit ei pro quodā milite quem diu
incarcerauerat Nequaq̄3 inq̄t egredietur me viuente Tūc me/
dicus Ergo an̄ diē3 crastinū egredietur Quod ita factum est.
Cū v̄o moritur⁹ esset in sinu cuiusdā matrone quam viro pro
prio tulerat iacebat Cui cū illa diceret Domine quid faciā p⁹
mortē vestram Juueni inquit nubere debes militi Hec em̄ v̄/
ba vltima fuere Eadem nocte sicut mihi retulit abbas q̄dā or
dinis nri. sanctimonialis quedā sancti Mauricij Colonie in
loca penaꝝ trāsposita est in q̄b⁹ puteū magni horroris igneo
tectū operculo inter flammas vidit sulphureas. De quo cum su
um ductorem interrogasset Rn̄dit ille. Due tantū anime ibi

lo sunt.aīa videlicet Maxētij impatoris τ aīa wilhelmi comi/
tis Juliacensis Mane visum recitās cū eadē die rumor isonu
isset Colonie de morte ei⁹ comitis visionē fuisse verā intellex/
it. Propter sil'em culpā iustū fuit.vt q̄ pares erāt in culpa cō
formes fierēt in pena.vtri⁹ q₃ vitā noui Maxētij ex lcōe.wil/
helmi ex multoꝝ relatōe. Vterq₃ tyrān⁹.vterq₃ sup̄ modum
luxuriosus Sicut legiꝭ in chronicis nulla fuit in vrbe roma/
na siue extra vrbē matrona tam nobilis tam pudica dumnō
oculis Maxētij placēt qn de domo mariti sublatā corrūperet
Sil'ia faciebat de ꝟginib⁹ τ viduis Viderūt ista viri τ inge
muerūt parētes τ tacuerūt Tāta erat illi⁹ crudelitas vt cu₃
nimio dolore cordis afficereꝭ tristiciā tñ dissil'aret Tanta ei⁹
extitit tyrānis vt passim senatores ciues milites occideret de
qbus aliqua habebaꝭ suspicio wilhelm⁹ ꝟo nō dissil'ia opaba
tur his.τ si nō pari ptāte nō tñ impari voluntate sicut audiui
ita dedit⁹ erat luxurie τ incestui.vt vix aliquē hēret misteria/
liū cui⁹ vxorē aut filiā nō attētaret violare nullā hñs diāni
ter matrē τ filiā inē legitimā τ absolutā Quante fuerit circa
subiectos siue ꝓprouīciales crudelitat₃ oīs nouit epat⁹ coloni
ēſ Maxēti⁹ vxorē ꝓpriā occidit iste iclusit Jlle ꝑsecut⁹ē eccl'a₃
ml'tos ꝑ fidē occidēdo Jste tpe scismat₃ iperij romāi ꝑsecut⁹ ē
sedi ap̄lice obediētes sacerdotes de suis sedib⁹ eijciēdo q̄sdam
mutilādo τ bona eccl'aꝝ diripiēdo Hec acta sūt i tpib⁹ Jnnocē
tij pape ¶ Jnfernales τ horrēdissiās penas q̄dā diues
sustinuit τ ꝑ q̄litate delectationū q̄litates penaꝝ recepit
¶ Refert petr⁹ cluniacēſ q₃ monach⁹ q̄dā cū i extremis vite
sue eēt aīa sua ducta fuit añ ifernalē portā.q̄ cū ibi tot diuersi
tates penaꝝ ꝯspicēt vltra q̄₃ dici p̄t ꝯtremē cepit.Mō ne facēt
āgelus ꝓhibuit Jbi ꝟo aliq̄₃ diu morā eo vidit demones q̄s
dam ꝓcurrētes τ nimiū cachinnantes de ꝑditōe aīe cuiusdam
diuitis quam socij sui secū in baratꝝ dānatiōis attraxerunt.
Venientes āt ad principē demonioꝝ dixerunt se aīam amici
sui cū gaudio magno attrahere Quib⁹ cōgaudens si gaudiu₃
infelicitas dici p̄t ait Accipite τ pompose sicut solitus erat in
cathedra sua sedere facite induentes eum sicut solitus erat ve
stīs honorifice Et sedere eum fecerunt super sedem ita inextin

tis. q̄d expectatis. abscondite nos a facie illa terribili furoris dn̄i. a vultu ire gl'e dei heu heu cur non hec maxīa mala futura nobis p̄uenim⁹ cū robur affuit. cū tps aderat oportunū. vti/nā de illo tpe toto inutilit expenso supesset nobis vna horula tāte penes remediū p̄cessa. s3 heu siniante diuīa iusticia p̄clusa ē nobis salutis via negata mīa dia spes oīs ablata. o dolores ꝛ miserie ꝛ in etnū p̄mansure angustie in terra hac obliuiōis vbi null⁹ ordo. s3 sempitern⁹ horror inhabitat. Quid p̄ta nos miseri ꝛ miserabiles, tm̄ affligimur ꝛ dolem⁹ de illo ve etno. vt q̄lis cunq3 tm̄in⁹ excogitat⁹ diminō finit⁹ esset nobis solaciolus vn̄ posito p̄ impossibile q̄ eēt aliqs lapis molaris adeo magn⁹ q̄ v/biq3 circumferentiā celi p̄tingeret. ꝛ q̄ aliq̄ auicula minime q̄tita/tis post centū milia ānoꝝ veniens de lapide p̄dicto solūmō tm̄ p̄ rostrū suū auelleret q̄ntū est p̄s decima milij Et iterū p⁹ centū milia anoꝝ curricula sicut pri⁹. s3 vnā p̄ticula de decc. ꝛ sic p̄ sin/gulas p̄tes. Itaq3 in decies centenis milib⁹ ānis nō plus dimi/nueret q̄titas lapidis: nisi q̄ntū habet in magnitudine granū vnius milij. En proch dolor nos miseri multam grati essemus q̄ post talem longā ꝛ plenā consumptōem totius lapidis finē haberet sn̄ia nostre eterne damnationis: sed heu hec eadem cō/solatio miseris a diuina iusticia penitus est negata. Huiusq3 miserorum verba damnatorum. Taliter igitur o fili ibi flagel/labuntur qui hic a flagellis excipiuntur

¶ Discipul⁹ O iudex tremende. ecce nūc aīa mea ex hac q̄3 vi/sione horribili territa p̄strata est. ꝛ genua dissoluta vt vix sub/sistere possum. O de⁹ me⁹ adiutor me⁹ O mi de⁹ ei ye auerte ob/secro furorē tuū a me. Absit a me hec etna dānatōis sn̄ia for/midolosa. Quō si aduersa me oportet sustinere. fiat volūtas tua hic in me hui⁹ a me licentiā plenissimā habeto. nec q̄rulosum di/scipulū de cetero in me habebis: hoc solū facias. vt me a te in e/ternū separari non p̄mittas

¶ Inferni penas videns petrus monachus grauissimam penitentiam peregit

Petrus q̄dā monach⁹ ex regione ortus hibernie loco va/ste solitudinis cui cuassa nomē est. inherebat hic prius q̄

heremū petere molestia corpis interueniente defunct⁹ est Sz ptin⁹ corpi restitut⁹ inferni ꝛ supplicia atqꝫ innūera loca flam maꝝ vidisse testabať Qui etiā q̄sdā h⁹ scl'i potētes in eisdē flā mis suspēsos se vidisse narrauit. Qui cū iā deduct⁹ esset vt in illo iā ꝛ ip̄e mergereť subito angelū chorusci habit⁹ appuisse fa cebať. q̄ eū in ignē mergi ꝓhiberet Cui etiā dixit Egredere ꝛ q̄liter tibi p⁹ hec viuendū sit cautissime attende Postq̄ꝫ vocez paulatim recalescentib⁹ mēbris ab eťno mortis somnio euigi lans cūcta q̄ circa illū fuerāt gesta narrauit. tantisqꝫ postmo dū se vigilijs ieiunijsqꝫ ꝯstrinxit. vt infernu vidisse ꝛ ꝑtimuisse tormenta. ꝛ si taceret lingua ꝯuersatio loqueretur

Infernales penas diuersi diuersimode pro meritorum qualitate patiuntur

Dicebāt de eodē abbate maiore Machario. q̄ cum ambula ret aliqñ in heremū inuenit caput hoīs in terra iacens Qd cū moueret v̄ga palmea quā habebat in manu locutū est caput il lud ad eū Cui dixit senex Quis es tu Rñdit caput illud ad se nē Ego erā sacerdos gentiliū q̄ aliqñ cōmanebant in loco hoc Tu v̄o es abbas Macharius q̄ habes spm̄ scm̄ dei Quacūqꝫ ergo hora misertus fueris eoꝝ q̄ sunt in tormentis ꝛ oraueris p eis. tūc ꝯsolanť pusillū Dicit ei senex Et que ē ista ꝯsolatio Rñdit illud caput Quantū distat celū a t̄ra. tm̄ est ignis sub pedibus nr̄is ꝛ sup caput nr̄m Stātibus aūt nobis in medio ignis nō est vt q̄s facie ad faciē videat ꝓximū suū Ait ergo se nex cū fletu Ve illi diei in q̄ nat⁹ est hō si est hec ꝯsolatio sup plicij Rursus dīt senex. Est pei⁹ tormentū ab his Rñdit ca put illud Maior pena subtus nos est Dicit ei senex Et q̄ sunt ipsa Dicit illi caput illud Nos q̄ ignorauimus deū vel aliqd modicū miscdie habem⁹. q̄ v̄o cognouerūt deū ꝛ negauerunt eū: nec fecerūt voluntatē eius. hij sunt q̄ subtus nos sunt Et post hec sumens ille senex caput illud sepeliuit

Infernales penas sentiens clericus mū do relicto monasterium intrauit

In Maguncia ciuitate tpe Henrici q̄rti impatoris erant duo clerici nondū patientibus ānis p̄sbyteri sancti litte

gnabiliť ardentem.q̃ si totũ mare supfunderet nullaten⁹ extin
gueretur.palliũ ĩo q̃ cũ circũdederũt nõ minoris flagrãtie erat
Illo in sede mi.erabiliter collocato ⁊ infelicius vestito prin/
ceps ad suos seruiẽtes ait Jte ⁊ sicut decens est tali amico no/
stro poculũ nr̃e delcãtõis ppinate Tũc tanq̃ ereũ liq̃rem can
dentem oĩ gñe fetoris mixtũ ori ei⁹ apposuerũt.⁊ apposit⁹ p ō/
nia membra ei⁹ in flãmas diffusus effundebat.q̃ potato iocu/
latores demões q̃ ei iocularent admisit. Qui accipientes duo
cornua ignib⁹ plena aurib⁹ ei⁹ apposuerũt.⁊ corniculari incipi
entes scintillas p oculos ei⁹ ⁊ p nares ⁊ p oĩa foramina ei⁹ emit
tebant Deinde in camerã misit vbi ptra delectatões carnales
q̃s solebat cũ puellis dũ adhuc viueret exercere ĩfernales pate
ret amaritudines.q̃ oĩm fpentũ generib⁹ erat repleta ⁊ ita ni
mio calore incensa.q̃ cãdentis ferri satis eunceret ardorẽ.a q̃
b⁹ except⁹ q̃ horribiliť ãplexat⁹.quãq̃ dolorose osculat⁹.quã/
q̃ miserabiliť sit ptrectat⁹ ⁊ p oĩa mẽbra decerpt⁹ a nobis pius
pater remoueat q̃ nunq̃ experiamur Et contra queq̃ obiecta
menta carnalia q̃ prius habuerat viuens singula tormenta in
fernalia ĩferebãt Hoc viso aĩa monachi ad corpus rediit.⁊ q̃d
viderat ob vtilitatẽ audientiũ plurimis enarrauit.

¶ Exemplum

¶ Erant in schola duo insolentissimi scholares adolescentes
q̃ nõ solũ nõ pati volebãt correctões mgri. verũetiã ⁊ ad inso/
lentiã ⁊ dissolutões alios studere volẽtes sepissiẽ cõpellebãt ⁊
hoc q̃dẽ mgr̃ emendare nõ poterat nec audebat Cõtigit ergo
mgr̃m mori ⁊ tcio die aut q̃rto in medio schole in effigie mgr̃i
diabolicũ cũ virga ferrea corã oĩb⁹ apparere Nec mora cũ ni/
gro vultu in adolescentes dcõs exurgens ⁊ cũ virga illis mor/
tẽ ĩtemptãs repẽte disparuit. Moxq̃ illi p pauorẽ in furiã v̾si
post dies octo aliq̃t obierũt Et hinc g̃ scholares diuinũ aduer
tant iudiciũ ⁊ mgr̃is suis subdi discant.nec vnq̃ refugiant cor
rigi ne eos ptingat postmodũ cũ virga ferrea vapulare

¶ Refert petr⁹ cluniacensis q̃ apud castz lizinacũ q̃d in pic
ta viensi pago est situatũ nup q̃dã presbyť erat q̃ sacerdotalis
ordinis sup celestẽ dignitatẽ miserrĩe vite pũersatõe deturpans
nõ ad aĩaz q̃b⁹ preerat curã sz ad carnis voluptatẽ explendaz

sacro misterio vtebatur Terrutus tamen conscie malo sicut aliquando et ma/
li ad horam compungunt familiaritatem quorundam bonorum virorum
expetijt: et abbati bonevallis et fratribus eiusdem monasterij sci
amicicia specietenus copulauit Qui longo tempore eum de vite emenda
tione commonentes. et vt seculo renunciaret assidue exhortantes
nihil ab eo impetrare preter inanem spem potuerunt. Nam liben
ter que dicebant audire se fingens: et semper eos de conuersione sua
pendens de societate sanctorum illorum gloriabatur. nec ammonitione vel ex
emplis eorum a mala retrahebatur In his itaque peruersitate vite sue a/
ctibus perdurans et obstinatione impiam iram sibi in die ire thezauri/
zans in morbum incidit Quo post aliquot dies ingrauescente ad ex/
trema peruenit Aduerat enim prior visitationis gratia iam dicti monas/
terij atque cum eo per aliquantum diei spacium ipso quasi rogante permanserat
Et nocte superueniente cum cunctis discedentibus solus sanctorum eius assi/
deret clamare terribiliter eger ille ad priorem cepit Succurre a
it succurre Ecce duo super omnem feritatem leones expauendi in me
impetum faciunt et hianti ore ac rictu feraci per frustra me decerpuit
totumque consumere volunt Deprecare cito dominum vt ab his eripiat an/
teque eorum morsibus consumar. dicebat hoc et tremebat et velut deuo
raturos fugiens timore defecto corpori vires addente retrocede
bat Prior vocis ac gestus illius turbatus terrore non sine multo
et ipse timore erat. ad preces tamen ipse necessitate impellente conuersus
pro misero illo vt poterat deum exorabat Quo orante mutata vo
ce eger Bene inquit bene recesserunt crudeles bestie. et orationes tuas iam
nusquam apparent Et quia vsque ad vltimum spiritum super corpus suum extitit
nec vt quidam morientium solent vel in modico sensu immutatus fuit
conuersus ad priorem loquitur cum ipso de quibusdam vt sanissimus cepit
Cumque tam de his quam de alijs multa inter se verba conferrent hora
fere vnius spacio elapso rursus clamare longe terribilius quam prius
exorsus est En inquit en ignis de celo vt torrens inundans des/
cendit. et super hunc lectum veniens iam iamque me in fauillam vsque comburit
Festina. adiuua. ora: si forte et ab hac morte eripi valeam Et hec
dicens manibus et brachijs operatoria subleuabit. et ea velut aliquid
iuuare possint inuisibilibus ignibus turbatus opponebat. Sed nequaquam
Non enim corporalia tegmina a spiritalibus incendijs tegere poterant
quem celesti vindicte ipsa opera exponebant Prior audacto timo/

re deuuo ad orõem ꝯuertit̃ ⁊ q̃tũ in talicalla possibile erat mĩ
miam ꝑ eo depcabat̃ Illo vt sup̃ orõi instãte p⁹ paululũ pati
ens ḡtulatõis vocib⁹ pces ei⁹ interrupit dicẽs. Iã ab igne tut⁹
sum. nã dũ sup̃ me vt dixi eũ ĩpetu descẽdẽt interpolit⁹ est liber
us vsq; adque ignis puenit sȝ eũ trãsire non potuit. iã iam ab
isto piculo erept⁹ oro ne a me discedas q̃usq; qs illoꝝ finis fu
tur⁹ sit agnoscas Tũc prior q̃ tam tiorẽ q̃ hospitãdi nccitate re
cedẽ nolebat subsistit. ⁊ ab orõe surgẽs rursum ei assedit Cũ
q; cũ tãtis terroꝛib⁹ anxiũ ꝯsolaret̃. ⁊ vterq; adiuicẽ vt pri⁹ col
loq̃ret̃. subito egrot⁹ ad inuisibilia erept⁹ obmutuit. cũ prior
raptũ ab hũanis itelligẽs rei exitũ p̃stolabat̃ Tñ ecce p⁹ mul
tũ noctis spaciũ hõ ad se redijt ⁊ miserabilit̃ ingemiscẽs ait.
ha. ha. ad iudiciũ eternũ rapt⁹ sum ⁊ heu miser eterna morte dã
nat⁹ sum Tradit⁹ sum horrẽdis tortorib⁹ igne iextinguibili
cũ diabolo ⁊ angel' ei⁹ ꝑpetuo cruciãd⁹ Ecce ecce igita sartago
plena bullẽti adipe q̃ corã me tormẽtoꝝ mĩstri detulerẽt. eãq;
ad me frigẽdũ vndiq; succẽderẽt Et cũ sepe noiat⁹ prior orõi
sicut iã bis fecerat tercio q̃ ĩcubuisset illeait. Cessa cessa ꝑ me
orare. ne ꝓ illo vltra fatigerȝ ꝑ q̃ nullatenus exaudierȝ. priore
ãt dicẽte frat̃ redi ad cor ⁊ miam adhuc vni⁹ a deo reqre ille ad
iecit Putas ait me vt ĩsanũ loq̃ Nõ ait ĩsano sȝ sana mẽte ea
q̃ dixi ꝯfirmo Et cucullã priorȝ manu tenẽs eũ ĩtrogauit Nõ
ne h̃ qd̃ manu teneo cuculla tua ẽ q̃ rñdente adiũxit sicut hec
vestis cocu̾lla tua ẽ sicut h̃ qd̃ substractũ ẽ mihi palea ẽ sic ⁊ h̃
qd̃ corã cerno igita sartago ẽ Et dũ hec loq̃ret̃ gutta inuisibil'
ignis de illa q̃ videbat sartagĩe exiliẽs ĩ manu ei⁹ priore viden
te cecidit ⁊ mirabile dcũ cutẽ ⁊ carnẽ vsq; ad intia ossis con
sũpsit Tũc ille acri cũ gẽitu En inq̃t ĩdubia rei ꝓbatio Nã si
cut ista q̃ video de sartagine ꝓlapsa gutta carnis ptẽ ꝯsũpsit
sic ꝯfestim me ignea vorago ꝯsumet. priore ad ista stupẽte ite
ruȝ dixit Ecce sartaginẽ ipa mĩstri ĩfernales ꝓpius afferũt. et
vt me in illã iniciãt iam iãq; man⁹ adaptãt Et post modicuȝ
Ecce linthẽũ in quo iaceo vndiq; ꝯcurrentes accipiũt ⁊ ĩig
neam sartaginẽ eternãq; frixuram proijciunt Hoc velut vlti
mũ vale mox vt priori atq; his q̃ ad hoc spectaculũ horrẽdũ
ꝯuenerãt dixit subtracta voce ⁊ reflexa ceruice putridũ spm̃

cōdemnatis spiritib⁹ tradidit. Tātus vero terror oēs inuasit vt oēs aufugerēt nec aliq̄ i domo vbi mortui cadauer remāserat remanē auderēt Facto mane milex cadauer sepulture tradi/tū est. Post aliq̄t āt dies cū ad vniuersos circa positos hec tā terribilis fama puenisset rei veritatē pbare volētes tumulū ape/ruerunt et folliam illāq̄ in manu adhuc viuentis p̄sbyteri gutta presnicia dānatōis fecerat i mortui cadauē inuenerit. Que oīa sicut btūs. Grego. dt nullo mō ꝓpt se infelix p̄sbyter vi/dit cui nihil ipa visio ꝓtulit. Iz q̄sta cautela sacerdotale officiū āministrandū q̄ reuerēter diuia mysteria sint tractanda sup/na. sup eū dispositio demōstrauit. Duo clerici vno corde intrabāt monasteriū. et tām exēplarit viuebāt vt oēs eos dili/gerēt Post duodecim ānos vn⁹ emorit Cui minor ait Tecū ꝑ deo parētes et patriā reliq̄ solare ergo meū exiliū tuo reditu vt sciam qd meruim⁹ oīa relinq̄ntes Faciā inq̄t o dimidiū cordis mei deo ꝓpicio Tu āt dilige mortuū q̄ viu⁹ te efficacit si/cut matrē dilexi Morit ergo q̄si dulcit dormiens Et ecce die septio redit mortu⁹ iocūda et splēdēte facie dicēs Mi frat bēti ce sicut audiuim⁹ sic vidim⁹ i ciuitate dñi virtutū Duo q̄ iā centuplū recipiet ecce vitā eternā possideo Preferebat āt in dexte/ra ei⁹ eccl'am aureā miri artificij et decoris. sinistra vero cordis locū tegebat Ille vero viu⁹ sup q̄ dici pt exhilaratus ait Cur mi dulcis frater gherarde i manu tua ita reuerēter geras eccl'az q̄re etiā cor tuū celes solita dilectōe educto Intrepid⁹ ait ad il/di q̄ ꝯsolari te reuersus sum Nosti q̄ eccl'am a meis mihi sū ptuose ꝓcuratā cū ei⁹ bōis et cōmodo amore pfectōis euāgeli/ce et timore piculi qd ē in cura aīaꝝ reliq̄ Quare sup oēs reges terre et cūctas scl'i diuitias cū btīs eternalit exulto Tu āt amore cor meū celo. q̄ ipm p̄cioso lapide tāti splēdoris decorat vt visus tu⁹ mox et illo cecaret qd ꝯsecutus sum a dño meo iesu xpo. q̄ ei⁹ passiōis et incarnatōis bñficiū quotidie deuot⁹ ru/minari solebā Si me diligis inq̄t tolle cito manū libēter ꝑ h vidēdo vnū oculū expendā qd dixit et fecit Cū āt nimis ardētur ꝑ tāto gaudio etiā alterno puari desiderabat ait illi bea/tus Mea interuentōe tricesima die mihi iūgeris: et gaudium nrm̄ nemo tollet a nobis Interim dic frib⁹ q̄ magna eos pre

mia manent nemo tepescat Frater vero sic disponebat domui sue.i.p̄scie vt nihil liberet nisi cibus aīe Fletibus aūt p̄ amore frib⁹ ei⁹ tricesima die ieiūde eis dē vale dixit atq̄ migrauit

De quarto nouissimorū quod est regnum celorum

Quartū nouissimorū qd̄ valde ꝛ p̄cipue debet hoīes a pctīs retrahere ē gl'a celestis Si hō se refrenat ab homicidio vl' p̄silī ope crimiosone pdat tpalia quā tomagis debet se cohercere ab oī actu illicito:ne amittat gau/dia sempit̄na.vn̄ Aug⁹ in li.p̄fessionū.Et gaudiū qd̄ nō dat impijs.s3 eis q̄ te colūt quorū gaudiū tu ip̄e es Et ergo scribit p̄mo ad Corint.vi.Iniq̄ regnū dei nō possidebūt.imo cū maxia p̄fusiōe repellent ab eodē.sicut goliardi ꝛ nebulōes vi lissimi indignant repelli solēt ab impatoris curia Nec illic se deant cū regibus ꝛ pricib⁹ ī tā excellēti ꝛ solēni mēsa Dicit ei cassiodorus sup illud ps̄.Expelle eos qm̄ irritauerūt te dn̄e: Hic dicim⁹ q̄ tm̄ vnūsq̄q3 repellit.q̄tū ei⁹ pctā cumulantur Nunq̄t ergo q̄libet pctā vitabit ꝛ tanq̄ mortiferū celerius ab horrebit.q̄ p hoc celeste gaudiū se nouerit amissurū De hac aūt incōprehensibili gl'a.ego paup ingenio qd aliqn̄ pferā Si em̄ oculus nō vidit.nec auris audiuit:nec in cor hoīs ascendit q̄ p̄ parauit de⁹ diligētib⁹ se Sicut scribit.i.ad Corint.ij: de illis q̄ tūc referā Certe quasi balbutiendo sicut cecus nat⁹ disputans de colorib⁹ nō cōfidens de sen su p̄prio.s3 multiplici scripturarū testimonio paulisp inde dicā Est igitur notandū:q̄ q̄uis in regno dei sunt valde multa imo innūerabilia ei⁹ felicitatē tan/gentia.ꝛ gl'am plenissīe attestātia Ip̄m tn̄ q̄ ad pn̄s spēaliter trib⁹ cōmendat Primo a summa pulchritudine siue claritate. Scd̄o a bonorū oīm copiositate.Tercio a maxia leticia iugit durante in eternitate Nā ibi est mensa pulchritudo siue claritas bonorū infinita copiositas.summūq̄ gaudiū ꝛ stabilis eē/nitas de q̄bus hic p ordinem breuiter dicitur.

De pulchritudine regni celorum

In primis igit̃ regnũ dei cõmendat̃ a pulchritudine siue claritate. Nã vt dr̃ Sap. v. Ipm dr̃ regnũ decoris. Unde est quod psal. dr̃. Dñe dilexi decorẽ domus tue. vñ Tho. xiij. Beatus ero si fuerint reliqe seminis mei ad videndũ claritatẽ hierusalẽ. Porte ei9 ex saphiro ꝛ smaragdo edificabunt̃ ꝛ ex lapide precioso. Omis circuit9 muroꝝ ei9 ex lapide candido ꝛ aureo mũdo. oĩs platee ei9 sternent̃. Itẽ Apo. xxi. Ipa ciuitas auꝝ mũdũ simile vitro mũdo fundamenta muri ciuitatis sunt lapide precioso ornata. ꝛ duodecim porte duodecim margarite sunt p singulas. ꝛ singule porte erãt ex singulis margaritis. ꝛ platee ciuitatis auꝝ mundũ tanq̃ vitꝝ plucidũ ꝛ templũ nõ vidi i ea. Dñs eñ de9 oĩpotẽs tẽplũ ei9 est. ꝛ agn9 Et ciuitas nõ eget sole neq̃ luna vt luceãt in ea nã claritas dei illuiabit eã in lucerna ei9 agn9 ꝛ ãbulabũt gẽtes in lumie ei9 Itẽ Apo. Nox vltra nõ erit ꝛ nõ egebũt lumie lucerne neq̃ lumie solis: qm̃ de9 illuminabit illos. ꝛ regnabũt in scl'a scl'oꝝ. Cũ q̊ videt̃ concordare illud Isa. lx. Nõ erit tibi ãpli9 sol ad lucendũ p die. nec splẽdor lune illumiabit te. sꝫ erit tibi dñs in lucẽ sempiternã Ipe eñ est speculũ sine macula ꝛ candor lucis eterne. sicut scribit̃ Sapiẽ. vij. Itẽ splẽdor gl'ie. vt habet̃ ad: Heb. i. Nã splendor eius vt lux erit Abacuc iij. Ab hoc splendore oĩs sc̃i in regno celoꝝ recipiũt lucẽ ꝛ fulgorẽ sempiternũ q̊ assidue felices letant̃ vñ Iudic. v. Qui diligũt te sicut sol in ortu suo splendet ita rutilent Et ergo dr̃ sap. iij. Fulgebũt iusti ꝛ tãq̃ scĩtille in arundine discurrent Mat. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno pr̃is eorum O q̃ gl'osum est hoc regnũ. ꝛ q̃ dilecta tabernacula tua dñe virtutũ. q̃ magn9 decor. q̃ igens splendor in ciuitate dñi. q̃ mira claritas. ꝛ q̃ summa amenitas in celesti pr̃ia. vñ aug9 i li. de libero arbitrio sic inq̃t Tãta est pulchritudo iusticie. tãta ẽ iocũditas lucis eterne. vt etiã si nõ liceẽt ãpli9 in ea demanere q̃ vni9 diei hora, pp̃ter hoc solũ innũerabiles hui9 vite dies pleni delicijs ꝛ affluentia bonoꝝ tpaliũ recte ꝛ merito despicerent̃. Nõ eñ falso aut puo affectu dictũ est. Qm̃ melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Quere idẽ Aug9 in libro de ciuitate dei exclamans ita dicit O celestis hierl'm domus illuminosa ad te suspirat pegrinatio mea ꝛ possidet me in te qui fecit me ꝛ te. Un/

de Bern̄. in omelia tercia sup missus est. O q̄ₒ gl'osum est reg
nū illud in q̄ reges ꝯgregati ꝯuenerūt in vnū ad laudādū. lez
ꝛ gl'ificandū. eū q̄ sup oēs est rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū. de cui⁹
splēdidissime ꝯtemplatōe fulgebunt iusti sicut sol in regno p̄ris
eoꝝ. Hinc ꝓpheta dt̄. Adimplebis me leticia cū vultu tuo. vn̄
Job. xxij. Videbit faciē ei⁹ in iubilatōe. Hāc faciē oēs inspici/
ent q̄ dn̄o fideliter seruiūt in humilitate cordis. in laboribus
plurimis ac opibus ṽtuosis. Vn̄ Apo. vltimo Serui ei⁹ ser
uient illi. ꝛ videbūt faciē ei⁹ Et ideo dt̄ Jsa. xxxiij. Regem in
decore suo videbūt. O q̄ₒ pium ꝛ q̄ₒ gratum. q̄ₒ suaue ꝛ q̄ₒ beā
erit tūc Jesum videre his q̄ eū dilexere. Tūc certe exclamādo
dices illud Abacuc. iij. Ego aūt in dn̄o gaudebo. ꝛ exultabo in
deo Jesu meo. O q̄ₒtū gaudebūt q̄s gaudia sūma replebūt. q̄s
illustrabit. q̄s sup gl'ificabit. Visio tāa dei: splēdorq̄ₒ sue facie

De copiositate omnium bonorum regni celestis.

Egnum celeste commendetur secundo a bonorum o/
mnium copiositate. Vnde beatus Augustinus de ciui
tate dei sic dicit. Quod deus preparauit diligentibus
se. Spe non attingitur. charitate non comprehenditur. desi/
deria ꝛ vota transgreditur. Acquiri potest. estimari non po/
test. Item Bernardus Merce s sanctorum tam magna q̄
non potest mensurari. tam multa q̄ non potest numerari. tā
copiosa q̄ non potest estimari. De his superabundantibus bo
nis ꝛ diuitijs ipsius regni celestis ita scribitur Deutro. septi/
mo. Dominus deus tuus introducit te in terram bonam ter
ram riuorum aquarumq̄ₒ et fontium. in cuius campis et mō
tibus erumpent fluuiorum abyssi Terram frumenti ordei et
vinearum in qua ficus malagranata et olíueta nascuntur ter/
ram olei et mellis: vbi absq̄ₒ vlla penuria comedes panem tu
